

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Christophori Cellarii Compendium Antiquitatum
Romanorum**

Cellarius, Christoph


Halae Magdeburgicae, 1774

VD18 10161015

Lib. XI. De Inscriptionibus Et Re Nummaria Romanorum.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17085

GEORGIUS CASSANDER, qui, *diui* vocabulum a christianorum nominibus abigendum esse, summo opere contendit, quod a nemine in primitiua ecclesia cœlites & beati *diui* adpellari sint, sed ethnicus mos nostro demum seculo reuixerit, vt *diuus Paullus*, *diuus Nicolaus* & sic alii dicantur, quos veteres *sanctos*, *beatos*, *beatissimos* laudauerint. Quid multa? ne vestigium quidem eius ritus, quem DIO CASSIVS in *Augusto*, HERODIANVS in *Seuero* describunt, in *historia augusta* adparet, quum exsequiæ meritissimorum principum, Constantini, Constantii, Iouiani, Valentiniani, Theodosii enarrantur, quod argumento est, licet nomen huius rei cum aliis reliquiis paganissimi seruatum aliquamdiu fuerit, rem ipsam tamen longius abfuisse ab animo sanctorum hominum.



LIB. XI.
DE INSCRIPTIONIBVS ET
RE NUMMARIA ROMANORVM.

SECTIO I.
DE INSCRIPTIONIBVS. i)

§. I.

INSCRPTIONES veterum eundem vsum habent, quem numismata antiqua. Seruiunt hi-

i) Inter eos, qui veteris Romæ inscriptiones collegerunt, pri-

historiæ, geographiæ, genealogiæ, variorum-
que rituum cognitioni; immo ipsi literaturæ, id
Mm 2 est,

primum sibi vindicat locum CYRIACVS ANCONI-
TANVS, quem IO. MARCANOVA, ANDR. MAN-
TINEAS, IO. IVCVNDVS VERONENSIS, PETR.
SABINVS, FRANC. PHILIPP. PEDEMONTIVS,
SEBASTIAN. MACCIVS, IO. ZARATINVS CA-
STELLINIVS aliique sequuti sunt; quorum autem
collectiones vel nunquam adhuc viderunt lucem, vel
inceptæ quidem, sed non absolutæ & ad finem perdu-
ctæ sunt. Primus, qui typis inscriptiones exprimendas
curauit, IO. MAZUCHIVS, academia Romanæ biblio-
pola fuit, & anno MDXXI. *urbis Romæ epigrammata*
edidit. Hunc exceperunt BARTHOLOMÆVS A-
MANTIVS, LANDSPERGIANVS BOIVS & PETR.
APIANVS, qui suppeditatas a doctis viris inscriptio-
nes MDXXXIV. in lucem emiserunt: IANVS DOV-
ZA, in cuius manus collectæ a Martino Smetio per
totam Italiam inscriptiones inciderunt, quæ iussu
ordinum Hollandiæ a IUST. LIPSIO MDLXXXVIII.
Lugd. Bat. editæ sunt. Smetianum hunc thesaurum
postea locupletatum edendum in se suscepit IOS. SCA-
LIGER, vocato in subsidium IANO GRVTERO, atque
ex horum duumvirum indefesso labore eximium illud
Gruterianum inscriptionum corpus enatum est, cuius edi-
tio splendidissima & maxime ex Gudianis potissimum
schedis aucta & ornata, cura IO. GEORG. GRÆVII,
EDVARDI HOLTHERI Amstelod. MDCCVII. duo-
bus voluminibus prodiit. SCALIGERVM & GRVTE-
RVM postea sequuti sunt THOMAS REINESIVS, qui
Syntaxma inscription. antiquar. edidit: eruditi Angli,
qui *marmora Arundelliana & Seldeniana* atque ex his
conflata *Oxonienſia* litteris describenda curarunt: IAC.
SPONIVS *miscellaneis eruditæ antiquitatis*: RAPHAEL
FABRETTVS *explicat. antiquar. inscriptionum*: IAC.
PHIL.

est, orthographiæ, grammaticæ, & vocabulorum scientiæ, quia multa ex lapidibus discuntur, quæ in libris etiam antiquis frustra quæsiueris.

§. II.

Tales inscriptiones ediderunt vasto opere IANVS GRVTERVS, Francofurti MDCL. 4. & MDCXVI. folio: alias, a Grutero prætermiffas, THOMAS REINESIVS in *Syntagmate inscriptionum Romæ veteris*, Lipsiæ MDCLXXXII. folio; IACOBVS SPONIVS in *miscellaneis eruditæ antiquitatis*, Lugduni MDCLXXXV. folio, &

PHIL. THOMASIVS *in* *inscriptionibus Patauinis*: SERTORIUS VRSATVS *in* *monumentis Patauinis*: PHILIPPVS A TURRE *monument. vet. Antii*. Plures eiusmodi inscriptionum collectores silentio transeo, recensitos a THOM. REINESIO *præf. ad Syntagma eius inscriptionum*: PETR. BURMANNO *præf. ad Gruteri inscriptiones*, & ANT. FRANC. GORIO *præf. ad partem tertiam inscript. antiqu. quæ in Etruriæ urbibus exstant*. Nostra ætate de horum studiorum genere optime meruerunt LVD. ANT. MVRATORIUS & iam laudatus ANT. FRANC. GORIVS, ille per egregium *thesaurum veter. inscriptionum in præcipuis earundem collectionibus hætenus prætermiffarum*, Mediolani editum; hic vero non solum per *museum Etruscum, exhibens insignia veterum Etruscorum monumenta æneis tabulis C. edita & eiusdem obseruationibus illustrata*, sed etiam per *inscriptiones antiquas Græcas & Romanas, quæ in Etruriæ urbibus exstant*. Vtrumque opus, quorum hoc tribus constat voluminibus, Florentiæ editum est. Reliquos, qui singularibus commentationibus quasdam inscriptiones, vel nondum editas, vel ex memoratis his collectionibus depromtas, illustrarunt, prætereo.

& recentissimus RAPHAEL FABRETTVS Romæ MDCLXXXIX. folio. Singuli hi magna volumina inscriptionum collegerunt.

§. III.

Plures sunt, qui singulares inscriptiones exposuerunt: vt idem SPONIUS in *itineribus suis per Dalmatiam, Græciam, Asiam*, etiam in gallico tractatu, quem vocat *recherches curieuses d'antiquité*, Lion MDCLXXXIII. 4. LIPSIVS in monumento *Ancyrano*, PATINVS in *commentario in tres Smyrnenses inscriptiones*, Patauii MDCLXXXV. 4. ANTONIVS VAN DALE de *antiquitatibus & marmoribus*, Amstelodami MDCCII. 4.

§. IV.

In Græcis inscriptionibus, vt antiquissima, ita vtilissima etiam in antiqua historia sunt *marmora Arundelliana*, quæ, aliis aucta, nunc *Oxonienſia* a loco adseruationis & editionis dicuntur. Prodi-erunt Oxonii cum variorum notis cura HUMPHREDI PRIDEAUX MDCLXXVII. fol.

§. V.

Sunt etiam mixta opera gemmarum & numismatum, in quorum editione, tamquam integrorum antiquitatis cimeliorum, laudem promeruit LAVRENTIVS BEGERVS, primum *thesauro Palatino*, Heidelbergæ MDCLXXXV. fol. publici iuris factò; deinde *Boruffo-Brandenburgico*, quem tribus voluminibus nuperrime vulgavit Coloniae March. MDCXCVI. MDCC. MDCCI. fol. Qui *ſolas gemmas* exposuerunt, in iis præcipuus est LEONH. AVGVSTINVS, Lugd. Bat. MDCLXXXV. 4. Mm 3 §. VI.

§. VI.

In lapidibus figuratis & nummis certis ac inscriptionibus multis PHILIPPVS A TVRRE se eruditus probavit, quum Romæ MDCCIV. 4. edidit *monumenta Antiana*, quibus nihil est eruditius.

SECT. II.

DE NUMMIS. k)

CAP. I.

DE VARIIS NUMMORVM GENERIBVS.

§. I.

RADIX nummariae rei est cognitio ASSIS, exiguae monetæ, quæ vix integros tres nummos, *Pfennige*, vt nos vocamus, valebat, & in duo.

k) De re nummaria & pecuniaria veterum Romanorum monetarumque valore ac pretio generatim exposuerunt: IVST. LIPSIUS *de pecunia vet. Rom. tom. I. operum* p. 1466. IOACH. CAMERARIUS *de moneta vet. Græc. & Latinor. ERYC. PVTEANVS libr. de pecunia Romanæ ratione*, qui Louanii MDCXX. Antwerp. MDCXXVIII. prodiit & in CHIFFLETII *opusc. de numism. antiquo* relatus quoque est: ANDR. SCHOTTUS *tabul. rei nummarie Rom. Græcorumque*: IO. SELDENVS *libr. de nummis, in quo antiqua pecunia Romana & Græca mensuratur*: IO. FRID. GRONOVIVS *de pecun. vetere*: LVD. SAVOEVVS *diff. de nummis, tom. XI. thes. ant. Rom. Grævii*, p. 1832. MARQUARD. FREHERVS *lib. II. de re monetar. vet. Romanor.* IO. CHR. WAGENSEILIVS *de re monetali vet. Romanor.* ac multi reliqui, quorum breuitatis causa non mentionem facio.

duodecim partes, siue vncias, tam in nummis, quam ponderibus diuidebatur. l)

§. II.

Ex asse compositus est *Sestertius*, quasi sesquiertius, id est, asses duo & dimidius. *Sestertium* autem neutro genere erant mille sestertii. Atque his maximas summas per tonnas & milliones numerandas describunt, maxime, si aduerbialiter loquuntur. Nam alia ratio est, si per nomina numeralia id efferunt. Sestertios etiam *nummos* sæpe vocant absolute. m)

§. III.

Quatuor sestertii faciunt *denarium*, id est, denos asses, qui, si argenteus est, *drachmam* pondere valet. n)

Mm 4

l) Præter *BALBUM*, *GLAREANVM*, *MÆCIANVM* & *HEINISCHIVM* in primis commendandus est *GVIL. BVDÆVS* libro de asse & partibus eius, qui Parisiis, Venetiis, Colonia, Lugduni aliisque locis sæpe impressus est.

m) Conf. *ALDVM MANVTIVM* de sestertiis, tom. I. thes. ant. Rom. Sallengriani, p. 833. *IO. FRID. GRONOVIVM* de pecun. vet. lib. I. cap. 3. *IOACH. CAMERARIVM* histor. rei nummar. tom. X. thes. ant. Græc. Gronouii, p. 1429. & p. 1566. aliosque, quos memorat *FRANC. ERN. BRVCKMANNVS* biblioth. numismat. p. 109. & III.

n) De depario videndus est præ ceteris multis, a *SAM. PITISCO* lex. ant. Rom. tom. II. p. 24. laudatis: *IOANNES GREAVES* in discourse of the Romane foot and denarius, Londin. MDCXLVII. *CLAVD. SALMASIVS* respons. ad Milton. p. 269. recte obseruat, nummum hunc Romanum, cuius & in sacris tabulis

Matth.

facris, vbi dicitur diurna merces fuisse operarii. Nonnunquam denarii plus, quam decem asses valuerunt, quod non obscure colligitur ex TACITO *annal. lib. I. cap. 17.* vbi milites §. 4. queruntur, quod singuli *denis in diem assibus animam & corpus aestiment*; postea §. 6. addit: *vt singulis diebus denarium impetrarent.*

§. IV. *Solidus* est noua moneta, posteriori saeculo in usu, ita dictus, quod ex solo auro constaret, intus nihil haberet vilioris metalli. Non enim argenteus dabatur solidus, sed aureus fuit tantummodo, vt copiose GRONOVIVS probauit *de festeriis.* In legibus Romanis eius mentio crebra, sed posterioribus. VLPIANVS *leg. I. §. hoc autem digest. de fugitiuis: multa, inquit, centum solidorum statuta in magistratus.* Et MACER *de Seuero & Antonino Caracalla l. c. 34. digest. de iure fisci: quingentos solidos fisco inferre iussus es.* §. V.

Matth. XVIII, 28. XX, 2. XXII, 19. Marc. VI, 37. XIV, 3. Luc. VII, 41. Io. VI, 7. XII, 5. Apoc. VI, 6. fit mentio, a didrachmis *Matth. XVII, 24.* probe distinguendum esse: adde HARDVINVM *oper. select. p. 629.* qui refert, Tiberium eiusmodi denarios cum vultu suo eudendos curasse, vt a Iudais in singula capita vnus horum solueretur. Eiusmodi nummos extare apud EZECH. SPANHEMIVM *de usu & praest. numism. tom. II. p. 326.* memorat PETR. ZORNIVS *opusc. sacr. p. 37.* cui CLAVD. SALMASIVM *de modo usurar. cap. II. VI. & VII. & IO. FRID. GRONOVIVM de pecun. vet. lib. I. cap. 4. lib. II. cap. 6. & 7. & IOACH. CAMERARIVM tom. IX. thes. ant. Graec. Gronouiani p. 1421.* adiungere potes.

o) *Semissis* erat dimidia; *tremissis* vero quarta pars solidi.

De

veteres fecerunt per *sestertios*, aut *sestertia*, iisque maximas etiam summas exprimebant. Id vero diuerso modo fiebat, in numerali voce obseruato. Si enim numerale forma nominis dicendum erat, si millia addebantur, genitiuo *sestertiūm*, aut, quod vsitatus erat, *nummūm*. Nummus enim & sestertius sæpe idem sunt. Hinc PLINIUS *lib. XXXIII. cap. 2.* ad equestrem dignitatem requirit censum *sestertia quadringenta*, id est, 10000 thaleros graues, quales hoc tempore sunt cruce signati (*) & similes, decem denariis Romanis (**) censendi. Iunior autem PLINIUS *lib. I. epist. 19. cap. 2.* municipi & condiscipulo, decurioni comensi & propter id officium non minus quam *centum millia* possidenti, offert ad implendas equestres facultates *trecenta millia nummūm*, hoc est, trecenta sestertia.

(*) Creutzthaler.

(**) Dreyßig gute, oder Meißnische Groschen; so daß 10000 Creutzthaler 12500, oder numero rotundo hodiernum valorem magis exæquante 12000 ausmachen. Vide infra appendicem priorem.

§. VII.

Alia ratio est, numerandi per aduerbia numeralia: *quingies*, *decies*, *vicies*, *quadrages*, cetera. Tum enim, si sestertia in neutro vsurpantur cum aduerbio, centenarius nummus subaudiendus est, ita, vt *decies sestertium*, recto & nominatiuo casu singularique numero, sint 25000 thaleri graues; *quadrages sestertium*, tonna auri, vt vocant; *sexages sestertium*, tonna cum dimidia; *centies sestertium*, duæ tonnæ cum dimidia;

dia; *quadringses sestertium*, decem tonnæ, siue millio; *millies sestertium*, 25 tonnæ, siue millones duæ & dimidia.

§. VIII.

Libra nomen etiam occurrit & *pondo*. p)
Pondo

p) Apud Romanos libra potissimum in ponderibus vsitata fuit, quæ pariter atque as in duodecim partes diuidebantur. In quas enim partes assem, in easdem & libram veteres Romani distinguere solebant, vt ex hac tabula cognosci potest:

as	$\frac{12}{12}$	valebat	uncias	XII.
deunx	$\frac{11}{12}$	-	-	XI.
dextans	$\frac{10}{12}$	-	-	X.
dodrans	$\frac{9}{12}$	-	-	IX.
bes	$\frac{8}{12}$	-	-	VIII.
septunx	$\frac{7}{12}$	-	-	VII.
femis	$\frac{6}{12}$	-	-	VI.
quincunx	$\frac{5}{12}$	-	-	V.
triens	$\frac{4}{12}$	-	-	IV.
quadrans	$\frac{3}{12}$	-	-	III.
fextans	$\frac{2}{12}$	-	-	II.
fescuncia	$\frac{1}{12}$	-	-	$\frac{1}{2}$.
uncia	$\frac{1}{12}$	-	-	I.

uncia partes :

femuncia erat pars uncia $\frac{1}{2}$ & pars assis $\frac{1}{24}$

duella - - $\frac{1}{3}$ - - $\frac{1}{36}$

ficilicus - - $\frac{1}{4}$ - - $\frac{1}{48}$

fextula - - $\frac{1}{6}$ - - $\frac{1}{72}$

scripulum - - $\frac{1}{24}$ - - $\frac{1}{288}$

Ad mensuras quod attinet, fuerunt illæ triplicis generis :

I) Men-

Pondo & libra idem; si vero iunguntur, aut pondo alii monetæ adiicitur, tum vertenda vox
am

I) *Mensuræ liquidorum*, ut 1) *culeus*, qui continebat XX. amphoras: 2) *amphora*, vigesima pars culei, capiebat II. urnas, siue VIII. congios, qui XLVIII. sextarios comprehendunt: 3) *urna*. Dimidia erat pars amphoræ, hacque ratione culeus ex XL. urnis constabat, quarum quælibet quatuor congios complectebatur: 4) *congius* erat centesima & sexagesima culei pars, octaua pars amphoræ, quarta vero urnæ: 5) *sextarius* erat quarta & quadragesima pars amphoræ & quarta & vigesima pars urnæ, & duas heminas capiebat: 6) *hemina*, ut modo indicavi, dimidia pars sextarii fuit & duodecimam congii partem continuit: 7) *quartarius* dimidia heminæ erat pars, siue quarta sextarii: 8) *acetabulum* quarta heminæ & secunda quartarii pars fuit: 9) *cyathus* sextarii duodecima; heminæ vero sexta & quartarii tertia pars fuit: 10) *ligula* pars sexta acetabuli; cyathi vero quarta erat.

II) *Mensuræ aridorum*. Eadem fere ratio harum mensurarum fuit, quam illarum, quibus fluida Romani metiri solebant: 1) *modius*, qui tertiam amphoræ complectebatur partem: 2) *sextarius* sextam & decimam modii continebat partem: 3) *hemina* secunda pars sextarii & trigesima secunda modii erat: 4) *quartarius* secunda: 5) *acetabulum* vero quarta heminæ, siue secunda pars quartarii fuit: 6) *cyathus* quartarii tertia, & 7) *ligula* duodecima huius pars existit.

III) *Mensura interuallorum*. Octo stadia referebantur ad vnum *milliare*, *Stadium* continebat CXXV. passus, hinc ad vnum *milliare* M. passus requirebantur. Cubiti tres, addita tertia parte quarti cubiti, *passum* constituebant. Quarta pars passus *palmipes* dicebatur. Pes vnus cum dimidio *cubitus* faciebat. *Palmus* quarta pars pedis fuit; quum vero tres vnciæ ad palmum pertinerent, sequitur inde, duodecim vncias pedem vnum
com.

am Werth und Gewicht. De quibus plura tradit GRONOVIVS d. l. *Libra* autem *argenti* eodem interprete sunt centum denarii, seu quadringenti sestertii. *Libra* autem *aeris* fere est sestertius.

§. IX.

Peregrini nummi Romanis scriptoribus etiam, quando de rebus Græcorum agunt, nominati, sunt potissimum *drachma* & *talentum*. *Drachmam* diximus octauam partem thaleri esse, seu denarium (*ein Quentchen*). Hinc fit *didrachmum*, id est, duæ drachmæ, quadrans thaleri, cuius in
facris

complexum esse. Palmus quatuor habebat *digitos*; hinc vero conficitur, ad pedem vnum XVI. digitos relatos esse. *Sicilicus* quarta pars vnciæ fuit, quumque vncia quatuor & viginti scripulos contineret, patet inde, *scripulum* sextam partem sicilici fuisse.

De ponderibus & mensuris veterum Romanorum commentati sunt, præter multos alios, in LABBEI *bibliotheca nummaria*: FABRICII *bibliogr. antiquar.* & PITISCI *lexic. antiqu. Rom.* recitatos, MICH. NEANDER *libr. de ponderibus, mensuris & nummis*: IO. BAPT. VILLALPANDVS *comm. in Ezech. tom. III. p. 433.* vbi copiose de ponderibus ac mensuris Iudæorum, Græcorum & Romanorum disputat: BARTHOLOM. BEKERINVS *synt. de ponderibus & mensuris*, quod primum in Italia, deinde Lipsiæ MDCCXIII. cura venerandi patris prodiit: ROB. CENALIS *de vera mensurarum ponderumque ratione, tom. XI. thes. ant. Rom. Græuii p. 1436.* in quo & LVCÆ PÆTI *lib. V. de mensuris & ponderibus Romanis & Græcis* exstant. His addendi sunt: EDVARD. BERNARDVS *lib. III. de mensuris & ponderibus antiquis, Oxon. MDCLXXXVIII.* & IO. CASP. EISENSCHMIDIVS *disquisit. de ponderibus & mensuris veterum Romanorum, Græcorum & Ebræorum, Argent. MDCCXXXVII.*

facris etiam habetur mentio apud *Matthæum XVII*, 24. *Talentum* autem diuersum erat; quod autem potissimum in auctoribus respicitur, est *talentum atticum*, quod constabat sexaginta libris argenti, siue 750 thaleris, (*) vt vocantur, *imperialibus*. Vide, quæ ad *CVRTII lib. VII. cap. 5. §. 27.* notauimus.

(*) *Reichsthaler von 24 guten Groschen.*

§. X.

Hactenus de valore numismatum & variis nominibus, etiam de supputandi ratione: sequuntur nunc ipsi antiqui nummi variæ ætatis, secundum materiam, formam, figuram, inscriptiones & alia signa considerandi.

§. XI.

PECUNIAM dicunt a *pecude* nomen habere, quod olim fuerunt boues, oues, porci, & similia animalia impressa. q) Quædam gentes etiam postea suis

q) Vetustissimi Romani antiquis temporibus nullam habuerunt pecuniam, sed solum merces inter se commutarunt. Postea rerum pretium ex solo rudis metalli pondere æstimare, & tum demum, æs signare edocti, pecuniæ usum introducere incipiebant, & quidem folius æneæ. Pyrrho deinde deuictæ argenteæ, ac denique aureæ: conf. *PHIL. LVD. HANNERENIVS de cura domestica Romanor. p. 147.* Aëris rudis vsus vsque ad Seruii Tullii tempora durauit. Hic enim, vt videtur, primus Romæ metallo certas quasdam imprimendas curauit notas, quamuis alii alias hac in re tæantur sententias. Eiusmodi metallum, siue æs rude, *æris grauis* nomen habebat, vt ostendit *IAC. PERIZONIVS diff. de ære graui*, Lugd. Bat. MDCCXIII. con-

tra

suis nummis figuram animalium inscripserunt: equum, hircum, ouem, ut de auibus taceamus. r)

§. XII.

Materia nummorum veterum vel *aurum* est, vel *argentum*, vel *mixtum* quoddam *metallum*. *Aurei* nummi rariōres sunt, nec etiam tanti, nisi quod materia pretiosa sit, æstimantur, quam ceteri, quia id genus facile falsari potest, & alienum arte & fraude supponi. *Argenteorum* magna superest copia, sed & hic sæpe falsi pro veris supponuntur. *Aenei* nummi, propter æris singularem mixturam, etiam quod plurimis addita *fernisatio*, ut vocant, quam itidem imitari non possumus ad antiquum modum, plurimi sunt veri & genuini. s)

§. XIII.

Forma diuiditur in tres *modulos*: *maximum*, *medium* & *minimum*. Nec vero tam adcurate id ubique seruatur; nec semper eiusdem magnitudinis *modulus* vnus est, & ipsa maximi *moduli* *nummata*

tra LVDOLPH. KVSTERVM, qui contendit, omnes asses æreos dictos fuisse *æs graue*, ad differentiam nummorum argenteorum & aureorum, qui ipsi *æris* habuerint nomen.

r) Sic IO. PETR. BELLORIUS *notas* exarauit in *nummata tum Ephesia, tum aliarum urbium, apibus insignita, quæ tom. VII. thes. ant. Rom. Græuii, p. 401. exstant.* Huic LAVR. BEGERVS adiungendus est, qui edidit *disquisitionem de nummis Cretensium serpentiferis, Colon. MDCCII.* De his animalibus, in nummis expressis, præter multos alios, differit IOBERTVS in *notitia rei nummarie gallice edita, p. 102. edit. German. quæ Lipsiæ MDCCXVIII. prodiit.*

s) Vide IOBERTVM *libro indicato p. 23. seq.*

smata inter se differunt magnitudine, quod ad oculum demonstrari potest IOSEPHI MONTERCHII libello de maximi moduli numismatibus, Amst. MDCLXXXV. 12. Sic etiam est in ceteris modulis, qui itidem inter se differunt & variant ratione magnitudinis & paruitatis. t)

§. XIV.

Ratione temporis diuiduntur in *consulares* nummos, hoc est, in libera republica sub consulibus cufos, & in nummos *factos sub Caesaribus*, siue *Cesareos*.

§. XV.

A figura impressa etiam varie denominati sunt, præsertim *consulares*, vt *victoriati*, *bigati*, *quadrigati*, *ratiti*, a signo victoriæ, quod continebant, vel *bigarum*, *quadrigarum*, *ratis*, siue *navis*.

§. XVI.

Ratione loci etiam numismata distincta fuerunt, quia plurima cufa fuerunt in *prouinciis* a *ciuitatibus*, quibus id concessum fuerat a Romanis, quemadmodum integri libri de talibus nummis prostant, vt HARDVINI de *nummis populorum & urbium*, VAILLANTII de *nummis coloniarum secundum Caesarum seriem*. u)

C A P.

t) Lege eundem p. 44. seq.

u) Plures scriptores, qui de nummis populorum, urbium ac ciuitatum commentati sunt, recensentur apud ANSELMVM BANDVRIVM *biblioth. nummar.* p. 236. ed. FABRICII. Huc & pertinet: HVB. GOLTZII *Sicilia & Magna Græcia, siue historiae urbium & populorum Græciæ ex antiquis numismatibus restituta liber primus*, Bru.

CAP. II.

DE COGNITIONIS NUMMARIÆ VSV.

§. I.

Vsvs veterum numismatum est in historia sup-
plenda, in chronologia corrigenda, in ortho-
graphia ad certas rationes reuocanda, in antiqui-
tatibus variis, sacrificiorum, triumphorum, con-
secrationis, structuræ templorum, formæ nauium,
vestimentorum & similiarum rerum; quod demon-
stratum est vberime ab illustri viro EZECHIELE
SPANHEMIO singulari libro *de usu & præstan-
tia numismatum.* x)

§. II.

Brugis Flandr. MDLXXVI. & Antwerp. MDCXVIII.
cura IACOBI BIÆI. Similem operam GOLTZIUS &
reliquis Græciæ populis ex numismatum antiquitate
illustrandis consecrare, totumque opus per IV libros
rite digerere, secum constituerat; morte vero præuen-
tus inceptam telam pertexere minime potuit. Ipsa nu-
mismata, quæ reliquis libris reseruauerat, post mortem
eius, qui anno MDLXXX. contigit, laudatus BIÆVS
curauit, vt cum LVDOVICI NONNII *commentario* Ant-
werp. MDCXX. prodirent; qui tamen non vbiuis par-
tibus boni atque adcurati nummorum veterum interpre-
tis satisfecit, vt EZ. SPANHEMIUS *de usu & præst.*
numism. diff. II. tom. I. p. 109. & TRISTANVS *com-
mentar. tom. I. p. 26. & 77.* recte iudicant.

x) De usu & præstantia numismatum legi quoque meren-
tur ANTONII AVGVSTINI *dialogi*, Italice Romæ
& Venetiis aliquoties editi, & postea in linguam la-
tinam translati; quibus LVD. DEBIELII *utilitas rei
nummarie*, Viennæ MDCCXXXVII. emissa, adiun-
Gellar. Antiquit. N n gen-

§. II.

Vtilitati addenda etiam est iucunditas, si selectos nummos perlustramus, & inde oculis subiiciamus varias res, quas animus ex historia vel descriptione non satis poterat capere.

§. III.

Neque vero Latini tantum nummi cognoscendi sunt, sed Græci etiam sub Romano imperio in Asia cusi, aut aliis locis, vbi Græca lingua obtinebat, etiam a regibus Græcæ originis, antequam gentes illæ in Romanorum potestatem venirent, vt sunt nummi Seleucidarum in Syria y): Ptolemæorum in Aegypto z): Arfacidarum in Parthia a): Archæmenidarum in Ponto, Bosporo, Thra-

genda est. De vtilitate, quam rei nummariæ cognitio sacrarum litterarum interpreti adfert, commentatur AEGIDIUS LACARRY in *appendice posteriore*, eiusdem *Rom. histor. per numismata & marmora restata & illustrata*, addita.

y) Reges Syriæ ex nummis illustrarunt: IO. HARDVINVS in *operibus selectis*, Amst. MDCCIX. AEGID. LACARRY in *appendice priori* eius *historiæ memoratæ*, IO. FOY-VAILLANTIVS in *Seleucidarum imperio, siue historia regum Syriæ ad fidem numismatum adcommodata*, Lutetiæ MDCLXXXI. SPANHEMII aliorumque haud mentionem facio.

z) Videatur, præter BEGERVM & SPANHEMIVM, IO. FOY-VAILLANTIVS *histor. Ptolemæor. Ægypti regum, ad fidem numismat. adcommodata*, Amst. MDCCII. cui CAR. CÆS. BAUDELOTIVS in *histoire de Ptolémée Auletes* adnumerandus est, quæ Paris. MDCXCVIII. prodiit.

a) Historiam eorum itidem IO. FOY-VAILLANTIVS singulari opere persequutus est; quod vero demum post mor-

Thracia & Bithynia, quos historica serie descripsit iam laudatus VAILLANTIVS.

§. IV.

Nummi autem veteres, ut nostri etiam, duas facies habent, quarum prior *recta* est, & ut plurimum caput seu imaginem continet, posterior dicitur *aversa*, quæ plerumque aliquod signum continet cum aliqua inscriptione.

CAP. III.

DE REI NUMMARIÆ SCRIPTORIBVS.

§. I.

In nummis demonstrandis utendum est libris, qui nummos accurate delineatos habent cum eruditorum hominum explicatione. Pro ipsa introductione generali b) possunt vsui esse Iesuitæ

Nn 2

10-

mortem eius in lucem emissum fuit. Reliqui scriptores, qui historiam regum ac regnorum fata Bithyniæ, Cappadociæ, Macedoniæ, Siciliæ, Thraciæ cet. illustrarunt, recensiti leguntur apud supra memoratum ANSELM. BANDVRIVM p. 236.

b) II, qui singularibus libris aditum ad cognitionem rei nummariæ patefecerunt, duplicis sunt generis: alii ipsos scriptores scientiæ huius, eosque, qui nummos veteres illustrarunt, recensuerunt, ac diiudicarunt; alii vero introductiones ad studium hoc exararunt, ac præcepta, iis obseruanda, exhibuerunt, qui operam suam litteris his consecrare student. Ad priorem classem varii pertinent, qui itidem pro diuerso rem tradendi modo inter se diuersi sunt. Nonnullis in recensione scriptorum rei nummariæ ordo, quem *alphabeticum* dicimus, placuit, quo RVDOLPH. CAPELLVS in

IOBERTI *notitia rei nummariae*, Lipsiæ expressa latine MDCXLV. 12. & CAROLI PATINI *introduc-tio ad historiam numismatum* Amstelodam. MDCCXXXIII. 12. præcipue autem EZECHIELIS SPANHEMII supra laudatus *liber de usu & præstantia numismatum*, Lond. MDCCVI. fol.

§. II.

Plurimi, qui curam veterum nummorum habent, cogitant solum de imperatorum nummis c),
parum

in nummophylacio Luederiano antiquo & recentiori, PHILIP. LABBEVS *bibliotheca nummaria* & FRANC. ERNEST. BRVCKMANNVS in *bibliotheca numismatica* pertinent: alii classes certas obseruarunt in percensendis scriptoribus, vt BVRC. GOTTH. STRVVIVS in *bibliotheca numismatum antiquiorum*: alii denique temporis rationem habuerunt, & scriptores pro chronologico enarrarunt ordine, quam viam præter reliquos ANSELMVS BANDVRIVS potissimum ingressus est in *bibliotheca nummaria*, a IO. ALB. FABRICIO Hamburgi MDCCXIX. iterum edita. Ad posteriorem classem pertinent: LVDOV. SAVOTVS in *discours sur les medailles antiques*: CLAVD. CHIFFLETIVS *libro posthumo de numismate antiquo*: CAROL. PATINVS dans *l'introduction à la connoissance des medailles*: IOS. MARIA SVCRESIVS *diff. de numismat. & nummis antiquis*: IO. EVELYNVS in libro anglico, ita inscripto: *numismata, a discourse of medals ancient and modern*: LVD. IOBERTVS dans *la science des medailles antiques & modernes*, qui liber a CHRIST. IVNCKERO in germanicam linguam translatus, & cura FRID. BENED. CARPZOVII Lipsiæ aliquoties editus est.

c) Inter eos, qui numismata imperatorum Romanorum collegerunt, ac ex istis Romanæ historiæ lumen accenderunt, sibi vindicant locum: LAVR. BEGERVS, ANT.

parum solliciti de consularibus aut urbium per varias prouincias numismatibus; quum tamen ex illis plus sæpe, quam imperatoriis, pro historia, geographia, chronologia & antiquis ritibus cognosci

N n 3

possit.

AVGVSTINVS, ANSELMVS BANDVRIVS, IO. PET. BELLORIVS, SEB. ERIZZO, HVBERT. GOLZIVS, IO. HARDVINVS, LÆVINVS HVLSIVS, ADOLPH. OCCO, CAROL. PATINVS, PAVLLVS PEDRVS, OCTAVIVS DE STRADA, IO. TRISTANVS, IOANNES FOY-VAILLANTIVS, alique plures, quorum ANSELM. BANDVRIVS libro supra laudato mentionem fecit. Vti vero hi generatim omnium imperatorum nummos persequuti sunt, eosque pro regiminis ordine exhibuerunt; ita alii scriptores speciales memorandi sunt, qui singularium imperatorum vitas resque gestas ex antiquis numismatibus illustrarunt. In hanc classem cadunt: LVD. NONNII *commentarius in numismata Imp. Iulii, Augusti & Tiberii*: IOANN. SEOBALD. FABRICII, *Iulius Cæsar numismaticus*: STEPHANVS SOVCJET *ad nummum C. Iul. Cæsar in memoriis Treuoltinis mens. Decembr. ann. MDCCXIII. p. 2145: auctor disquisitionis de numismatibus quibusdam abstrusis Neronis imperatoris per epistolas Patini & Eggelingii, Brem. MDCLXXXI. VLRIC. OBRECHTVS diff. de Domitiani nummo Isiaci*: GRAVERALLIVS *de nummo Græco imperatoris Traiani*: NICOL. TOINARDVS *dissertationibus de nummis quibusdam Galbæ, Traiani, Caracallæ & Commodi*: CLAVD. NICASIVS *de nummo Pantheo Adriani imperatoris*: MEDIOBARBUS & IO. CHRIST. OLEARIVS *epistolis de duobus nummis Seueri*: LVD. IO. BERTVS, LVD. DE VALLEMONT & TVRNEMINE *commentationibus de nummis Gallieni*: HENR. NORISIVS *de nummis Diocletiani & Licinii*, alique plures, quorum commentationes partim separatim prodierunt, partim in *memoriis Treuoltinis* typis descriptæ sunt.

possit. — Nihilo minus cæsareorum inspectio suum
 usum habet singularem, ubiuis explicatum ab eru-
 ditis. Commendari ex his in primis meretur
 CAROLVS PATINVS magno opere Argentora-
 ti MDCLXXI. fol. impresso, quia explicatio-
 nes addit singulis nummis & imperatoribus erudi-
 tissimas. Huic adiungi potest JEAN VAILLANT,
 qui *Cæsarum* etiam *nummos* duobus tomis edidit,
 priore æneos, posteriore argenteos, utrobique se-
 cundum seriem imperatorum, Paris. MDCLXXXI.
 fol.

§. III.

Qui exotica amat, FRANCISCI ANGELONII
historiam augustam italica lingua Romæ MDCXLI.
 & MDCLXXXIV. fol. editam, adeat, qui selectis-
 simos imperatorum nummos interpretatur. Ex
 gallicis libris opera IO. TRISTANI commen-
 danda sunt, quæ itidem secundum seriem impe-
 ratorum sermone gallico rarissimos nummos &
 elegantissimos explicant & interpretantur, Paris.
 MDCXXXV. MDCXLIV. MDCXLVII. fol.

§. IV.

Nec vero prætermittendus est HVBERTVS GOL-
 ZIVS, qui vasto opere vel omnem rem numma-
 riam exhaustisse videtur, Antwerp. MDCXLIV. fol.
 Quod vero nummos sæpe adfert adhuc inuisos,
 de fide eius a multis viris eruditis dubitatum est.
 Et ADOLPHI OCCONIS imperatorum numisma-
 ta, a MEDIOBARBO BIRAGO copiosius Medio-
 lani MDCLXXXIII. fol. edita sunt; qui vero solas
 inscriptiones refert, figuras non exhibet, sed tan-
 tum describit.

§. V.

§. V.

Consulares nummi d) & denarii descripti sunt a FVLVIO VRSINO, auctius editi a CAROLO PATINO adiunctis nummis ANT. AVGVSTINI, ex quibus gentes & familiæ Romanorum optime condisci possunt. Auxit iterum copiosissime IEAN VAILLANT tribus tomis Amstel. MDCCIII. fol. expressis.

§. VI.

Nummos ad geographiam pertinentes illustrarunt IO. HARDVINVS egregio tractatu *de nummis populorum & urbium*, Paris. MDCXLVIII. 4. & modo laudatus VAILLANT opere, quod inscripsit: *numismata aerea imperatorum in coloniis, municipiis & urbibus iure latio donatis, ex omni modulo percussa*, Paris. MDCLXXXI. fol.

§. VII.

Elegantissimi autem sunt libri, qui selecta numismata exhibent cum explicatione, cuius generis sunt CONSTANTII LANDI *selectiorum numismatum expositiones* Lugduni MDLIX. 4. editæ & MDCXCV. Lugduni Batauorum recusæ, &

N n 4

P E

d) Huc spectant quoque IO. HVTTICHII *iconia consulum, eiusdem imperatorum & cesarum vitis* addita: ABR. GORLÆI *thesaurus numismat. aureor. argenteor. areor. ad famil. eius urbis spectantium*: IOANNES SMETIVS *in antiquit. Neomagensibus*: IAC. PERIZONIVS *respons. ad epistolas Andr. Morelli de variis consular. famil. Rom. numism.* EZ. SPANHEMIVS *diff. X. de usu & præstant. numism.* FRANC. CAMELI, SEB. ERIZO, PETR. SEGVINI aliorumque haud mentionem facio.

PETRI SEGVINI *selecta numismata antiqua*, Paris. MDCLXV. 4. Et ex recentioribus IACOBI WILDII *selecta numismata*, Amstel. MDCXCII. 4. & ANDRÆ MORELLII *specimen vniuersæ rei nummarie antiquæ*, Paris. MDCLXXXIII. 8. quod maxime peregrinos nummos, non solos romanos, continet. Nam ad illos etiam respiciendum est: quemadmodum idem (*) VAILLANT *Syromacedonum historiam* Paris. MDCLXXXI. 4. & filius *historiam Ptolemæorum ex nummis* edidit Amstel. MDCCI. fol. e)

§. VIII.

(*) Prodiit etiam ex eiusdem VAILLANTII opere postumo *historia Arfacidarum & Achæmenidarum*, Paris. MDCCXXV. 4.

e) Ex magna scriptorum horum copia memorasse sufficiat: IAC. OISELIVM *thes. selector. numism. antiqu.* CAROL. HEIDANVM *thes. elegantiss. veter. numismatum*: GISBERT. CVPERVM *tam libr. IV. obseruationum, quam monumentis antiquis ineditis*: LAVRENTIVM BEGERVM *obseruat. & coniect. in numismat. quedam antiqua*: PAVLLVM, ALEXAND. MAFFEI libro ita inscripto: *le gemme antiche figurate*: CHRIST. WOLTERECKIVM *electis rei nummarie*: BAUDELOTIVM, CAMELVM, CHAMILARTVM, EVELYNVM, VEYRELIVM, MENESTRIERIVM aliosque tacitus prætereo. Alii religionem veterum Romanorum ex nummis illustrarunt. Notæ sunt BALTHAS. BEBELII *dissertationes de theologia gentili ex antiquis nummis eruta*, cui GVIL. DECHOVL dans le *discours de la religion des anciens Romains, illustrée des medailles* aliique adiungendi sunt. Deorum dearumque capita ex nummis exhibent ABR. ORTELIVS, IAC. DE WILDE & PETR. SEGVINVS. Alii speciatim de quibusdam diis

ex

§. VIII.

Taceamus specialissimos nummos, cum explanatione editos singulariter. Sæpe vnus tantum, aut perpauci exhibentur, cuius generis est dissertatio OCTAVII FALCONERII *de nummo Apamensi, deucalionæi diluuii typum exhibente*, Romæ MDCLXVIII. 8.

§. IX.

Constantinopolitanum imperium etiam suos nummos habuit descriptos a CAROLO DV FRESNE *in historia Byzantina illustrata*, Paris. MDCLXXX. fol.

expofuerunt, eorumque cultum ex nummis demonstrarunt. Hoc modo de Ioue PETR. BURMANNVS: de bono Euentu MOREAV DE MOVTOVR: de Iano & de deo Termine GROSEVS DE BOSE: de Marte cum scalis IO. CHRIST. OLEARIVS: de dea Moneta DAN. HOFFMANNVS: de Vesta EZECH. SPANHEMIVS: de Diana Ephesia CLAVD. MENETRIVS: de dea Salute GVIL. MUSGRAVE & laudatus DE BOSE: de Hilaritate, Lætitia, Pace, Munificentia, Securitate, Annona, Aequitate, alii commentati sunt. Reliquos consulto prætereo.



N n 5

ADPEN-

ADPENDIX PRIMA.
DE ASSE ROMANORVM.

§. I.

As nummi ærei genus erat, qui libralis primum cu-
debatür & graue æs (*vollwichtig*) persæpe a scri-
ptoribus dicitur: LIVIVS *libr. IV. cap. 60.* Post,
quum Romanus populus ære alieno premeretur, ex singu-
lis assibus libralibus sextantarii, deinde vnciales, & tan-
dem lege papiria semunciales facti sunt: PLINIVS *libr.*
XXXIII. cap. 3.

§. II.

Differentiam hanc cum variatis nummorum argenteo-
rum pretiis & reliqua computandi ratione tabulis quibus-
dam & sic vno quasi conspectu hic exhibebimus, vt pa-
teat, quantum lucrata sit hac assis diminutione res publi-
ca, & tirones quoque eo facilius intelligant, quæ clarissi-
mus auctor noster hac de re superius *cap. 14. §. 1. seq.*
tradidit. Possent quidem deterrere animum ab eiusmodi
conatu tam diuersæ eruditorum in determinandis
his pretiis sententiæ; sed statuendum tamen aliquid vide-
tur, ne prorsus fluctuent iuueniles mentes, quum præfer-
tim neque iniurii in alios velimus esse, neque accuratissi-
mos ipsi calculos polliceamur. Quodsi vero, quæ multo-
rum sententia est, denarium romanum, sedecim assibus
semuncialibus constantem, tribus grossis misnicis compa-
ramus, in multis videbimur habere, in quo si non plane
inmoti, at tutiores tamen consistamus. Sit igitur

TABVLA I.
DE ASSIVM VARIE DIMINVTORVM
DIFFERENTIA,

	<i>gr.</i>	<i>pf.</i>
As libralis ad nostram pecuniam	-	-
exactus exæquat fere	4	6
As sextantarius	-	9
As vncialis	-	4½
As semuncialis	-	24

TABV-